Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 285
Quelle:
Copyright:

Spreto iuris tramite dignus conculcatur
Et liuoris fomite rudis exaltatur

Omnes gentes plaudite quia sic erratur
In membris et capite dolus principatur.

XV. *fol.* et p. ead. *Hic demon clero transmittit scripta moderno.* Nota illa et superiore *Vol.* non semel relata Epistola hujus initii: *Lucifer princeps tenebrarum* &c. Ad marginem legas: *Tytulus bujus Epistole contra clericos negociantes*, et ad calcem *fol.* 196. p. 2. *Hec magister Henricus de Hassya fe* (licis) *re* (cordationis). Aegrius tamen id mihi persuadeo, licet *Pezius* in *Thes. Anecd.* T. I. *Dissert. Isag.* p. 79. Codicem *Tegernseens.* adpellet eodem modo subscriptum.

XVI. *fol.* 197. Sermones IV. quorum 1. de SS. *Petro et Paulo* in illud: *Principes populorum congregati sunt* &c. *Ps.* 46. *Dicit beatus Gregorius. Ad ostendendam innocentiam venit abel* &c. 2. In illud: *Homo quidam erat dives* &c. *Luc.* 16. *Dicit beatus Bernhardus: Vtinam fratres sic essemus cupidi* &c. 3. In idem: *Dives iste de tribus reprehenditur* &c. 4. Prolixus de Passione Domini in illud: *Inclinato capite tradidit spiritum* &c. *Joh.* 19. *Reuerendi patres magistri* &c. *Hodierna die passionem domini nostri* &c. Unde colligo, Sermones etiam praecedentes habitos fuisse ad *Viennenses* Academicos. Intercepti sunt illi chartae, ut videtur, parcendi studio *Matricula Decreti.*

XVII. *fol.* 208. *Incipit ars predicandi magistri alani.* Est is *Alanus de Insulis* ex Ord. *Cist.* Scriptor Sec. XII. cujus Opera edita habemus a *Carolo de Visch*, *Antverp.* 1653. f. atque inter ea *secundo* loco Tractatum praesentem sane frugi, cujus initium: *Vidit Jacob scalam* &c. *Gen.* 28. *Scala ista profectus est viri catholici* &c. et finis: *nulla re uti scit omnibus eget. Explicit Ars magistri Alani per me jo.* Sed non explicit; desunt enim *Capita* XXV. quae in Edit. *cit.* a p. 88. decurrunt.

XVIII. *fol.* 229. *Casus Episcopales* subjunctis pluribus e J. Canon. Observatis miscellis.

XIX. *fol.* 232. Series Sermonum ad Academicos habitorum similibus Observatis subinde intercepta. 1. De Amore Scientiae Scripturarum. *Reuerendi Patres* &c. *Testante scriptura triplex reperitur amor* &c. 2. In illud: *Quesierunt illum inter cognatos* &c. *Luc.* 2. *Itaque hic sumus ut dicamus quomodo deum per peccatum perditum requiramus* &c. 3. In illud: *Nupcie facte sunt* &c. *Joh.* 2. *In hoc evangelio quatuor notare possumus* &c. 4. In illud: *Honorabile connubium* &c. *Hebr.* 14. *In bijs verbis instruimur quomodo deus debeat rehonorari* &c. 5. Iterum in illud: *Nupcie facte sunt* &c. *Habitis tribus generibus nuptiarum* &c. 6. In illud: *Amice ascende superius. Luc.* 14. *In quibus verbis tria possumus intelligere* &c. 7. In

illud